Ut Pluto, (nec vana fides) videatur Averni
Transmisisse trhonum. Dicam ex adamante creatum
Cernere qui tantum audeat imperterritus illam.
Murmura quis nemoris fremitus, et sibila dantis,
Ni careat sensu penitus, perferre valebit?

24

Talia narranti, mortis contemptor, et orci
Alcastus tunc forte aderat, vir saevior undis,
Et feritate rudis, quem nulla pericula terrent,
Temnere consuetus quoscumque hominumque, Deumque;
Immanemve feram sylvis latratibus actam,
Aut monstrum ferale viris haud ille timeret:
Cerneret impavidus fulmen, terramque trementem,
Et molem orbis, si caderet concussa ruina.

25

Ille caput quatiens tunc, subridensque labellis,
Quo negat ire, inquit, miser hic, audentior ibo.
Unus ego mihi sum satis, et sylvam ense recidam,
Vana sedere putant ubi somnia noctis opacae;
Horrida quippe vetant motae phantasmata mentis,
Aut fremitus antri, aut irati murmura venti!
O utinam mihi coeca inter nemorosaque lustra
Illa ferarum effossa pateret semita ad orcum!

26

Haec animosus eques jactantia verba serebat
Ante oculos Ducis, a quo est mox data copia eundi.
Jamque petit sylvam; utque interritus aspicit illam,
Aure capit sonitum, ex antris quem monstra dedere;
Ulteriusque viam secat audens tramite recto,
Nec rerum novitate pavet, verum omnia spernit.
Jamque solum vetitum calcasset corde virili,
Ni radians ignis gressus vetuisset inanis.

27

Cresce il gran foco, e 'n forma d' alte mura
Stende le fiamme torbide, e fumanti:
E ne cinge quel bosco, e l' assicura,
Ch' altri gli albori suoi non tronchi, o schianti.
Le maggiori sue fiamme hanno figura
Di castelli superbi, e torreggianti:
E di tormenti bellici ha munite
Le rocche sue questa novella Dite.

28

Oh quanti appajon mostri armati in guarda
De gli alti merli, e in che terribil faccia!
De' quai con occhi biechi altri il riguarda,
E dibattendo l' arme altri il minaccia.
Fugge egli al fine: e ben la fuga è tarda;
Qual di leon, che si ritiri in caccia;
Ma pure è fuga; e pur gli scote il petto
Timor, fin a quel punto ignoto affetto.

29

Non s' avvide esso allor d' aver temuto:
Ma fatto poi lontan ben se n' accorse;
E stupor n' ebbe, e sdegno; e dente acuto
D' amaro pentimento il cor gli morse;
E di trista vergogna acceso, e muto,
Attonito in disparte i passi torse:
Che quella faccia alzar, già sì orgogliosa,
Ne la luce de gli uomini non osa.

30

Chiamato da Goffredo indugia, e scuse,
Trova a l' indugio: e di restarsi agogna.
Pur va, ma lento, e tien le labbra chiuse,
O gli ragiona in guisa d' uom, che sogna.
Difetto, e fuga il Capitan conchiuse
In lui da quella insolita vergogna.
Poi disse, Or ciò che fia? forse prestigj
Son questi, o di natura alti prodigj?

27

Volvitur ignis edax, flammasque ad sydera tollit
Vallatae murorum assurgens urbis ad instar.
Tunc nemus ardenti circumdatur undique vallo,
Unde negatur adire locum, et divellere ramos.
Quaeque super reliquas flammae volvuntur ad auras
Excelsas referunt turres, arcesque superbas;
Fulmineasque tenet circum jaculantia glandes
Ista suis Ditis tormenta in turribus altis.

28

Horrida quot statione tenent fastigia monstra,
Terribiles visu formae, lethumque ferentes!
Ex illis aliae jactabant lumina torva,
Arma coruscantes aliae mortemque minantur,
Postremo fugit, et quamvis fuga sera videtur,
Attamen est fuga; non secus ac leo victus ab hoste
Discedit pugna fugiens, agiturque timore
Pectus anhelans, et numquam trepidare suetum.

29

Non sensit praesente metu effugisse, sed absens
Jam procul a luco se se effugisse resensit;
Obstupuitque animo indignans, et percitus ira
Irrequietus agit corde immedicabile vulnus;
Unde silens, tristi suffusus et ora rubore
Disjunctas procul in partes vestigia torsit;
Tollere namque pudet vultum, frontemque superbam,
Atque oculis hominum se se abdere vellet in aevum.

30

Saepe vocatus adire Ducem, saepe recusat;
Haeret hebes, causasque morae subnectit inanes,
Sponte coactus adit tandem, sed faucibus haeret
Vox; aut non aliter quam qui delirat in umbris
Verba serit. Transactas res edoctus in illo
Cognovit Dux, stante pudore, metumque, fugamque.
Dein secum: Sint haec quis divinare valebit
An fraudes magicae, an naturae signa stupenda?

31

Ma s' alcun v' è, cui nobil voglia accenda
Di cercar que' salvatichi soggiorni;
Vadane pure, e la ventura imprenda,
E nunzio almen più certo a noi ritorni.
Così diss' egli, e la gran selva orrenda
Tentata fu ne' tre seguenti giorni
Da i più famosi, e pur alcun non fue,
Che non fuggisse a le minacce sue.

32

Era il Prence Tancredi intanto sorto
A seppellir la sua diletta amica:
E benchè in volto sia languido, e smorto,
E mal atto a portar elmo, e lorica;
Nulladimen, poi che 'l bisogno ha scorto,
Ei non ricusa il rischio, o la fatica,
Che 'l cor vivace il suo vigor trasfonde
Al corpo sì, che par, ch' esso n' abbonde.

33

Vassene il valoroso in se ristretto,
E tacito, e guardingo al rischio ignoto,
E sostien de la selva il fero aspetto,
E 'l gran romor del tuono, e del tremoto;
E nulla sbigottisce, e sol nel petto
Sente, ma tosto il seda, un picciol moto.
Trapassa, ed ecco in quel silvestre loco
Sorge improvvisa la città del foco.

34

All' or s' arretra, e dubbio alquanto resta,
Fra se dicendo, Or qui che vaglion l' armi?
Ne le fauci de' mostri, e 'n gola a questa
Divoratrice fiamma andrò a gettarmi?
Non mai la vita, ove cagione onesta
Del comun pro la chieda, altri risparmi?
Ma ne prodigo sia d' anima grande
Uom degno; e tale è ben chi qua la spande.

31

Postea : Si quis erit vestrum , cui nobilis ardor
Pectora succendat sylvae tentare recessus ,
Aggrediatur opus ; veniam do, ast omine fausto ,
Nuncius et redeat, nobis qui certa reportet.
Sic ait , et tres assiduos experta per orbes
Sylva diurnos est a primis pectore , et armis
Campi insignibus , at semper molimine vano ,
Sylva etenim minitante necem, metus omnibus idem.

32

Interea Tangres laribus surrexerat aeger ,
Funderet ut lacrymas circum monumenta Clorindae,
Et quamvis languent exhausto robore vires ,
Vertice nec galeam , sed nec thoraca lacertis
Ferre valet , tamen ut penitus videt esse necessum,
Non renuit quaecumque subire pericla , labores.
Mascula vis animi siquidem transfundit in artus
Indomitas vires , quibus aegrum corpus abundat.

33

Carpit iter , sylvamque petit fortissimus heros
Multa volutans , atque ignota pericula tentans ,
Intuitumque feri nemoris , tonitrusque fragorem ,
Tellurisque sonum concussae sustinet audax ;
Nilque pavet, sed vix tanguntur pectora motu
Non equidem solito , sed vix eliditur ortus.
Transilit ,et (mirum !) ecce repente assurgit in altum
Ignea flammarum urbs circum nemus omne retexens.

34

Tum reprimit vestigia retro , et fluctuat anceps
Haec dicens : Numquid ferro prosternitur ignis?
Quid juvat in flammas vitam profundere frustra ,
Et dare membra novis monstris laceranda voraci ,
Dente ? Nefas , crimenque foret vix parcere vitae,
Communis lucri laudanda ubi causa reposcit ;
At quae lucra ferunt res , si profundero demens
Hanc animam illustrem , et multo utiliora pe tentem?

35

Pur l' oste che dirà s' indarno io riedo?
Qual' altra selva ha di troncar speranza?
Nè intentato lasciar vorrà Goffredo
Mai questo varco. Or s'oltre alcun s' avanza,
Forse l' incendio, che qui sotto i' vedo,
Fia d' effetto minor, che di sembianza.
Ma seguane che puote. E in questo dire
Dentro saltovvi. O memorando ardire!

36

Nè sotto l' arme già sentir gli parve
Caldo, o fervor, come di foco intenso:
Ma pur, se fosser vere fiamme, o larve,
Mal poté giudicar sì tosto il senso:
Perchè repente appena tocco sparve
Quel simulacro: e giunse un nuvol denso,
Che portò notte, e verno: e 'l verno ancora,
E l' ombra dileguossi in picciol' ora.

37

Stupido sì, ma intrepido rimane
Tancredi: e poi che vede il tutto cheto,
Mette securo il piè ne le profane
Soglie, e spia de la selva ogni secreto.
Nè più apparenze inusitate e strane,
Nè trova alcun fra via scontro, o divieto;
Se non quanto per se ritarda il bosco
La vista, e i passi inviluppato, e fosco.

38

Al fine un largo spazio in forma scorge
D' anfiteatro, e non è pianta in esso:
Salvo che nel suo mezzo altero sorge,
Quasi eccelsa piramide, un cipresso.
Colà si drizza; e nel mirar s' accorge,
Ch' era di varj segni il tronco impresso,
Simili a quei, che in vece usò di scritto,
L' antico già misterioso Egitto.

35

Verum, si redeo vacuus, quid gutture vano
Turba feret de me? o utinam foret altera sylva!
Haec eadem certe non intentata manebit
Per fortem pubem Ductore jubente recidi.
Gloria cujus erit? Forsan qui cernitur ignis
Assurgens in coelum erit ignis inanis imago?
Eja age: nec mora: quidquid erit, quodcumque sequatur!
Sic ait, et medium se se conjecit in ignem.

36

Arma sub ardorem flammae haud sentire videtur,
Nec, qui splendebat radians, erat ignis adurens;
Attamen an flammae fuerint, an inanis imago
In praesenti non potuit decernere sensus.
Vix etenim contactum evanuit ecce repente
Ex oculis spectrum, nimbusque subivit opacus
Noctem, hyememque ferens; et nox, et frigidus horror
Æthereas abiit pariter ceu fumus in auras.

37

Obstupuit Tangres, verum imperterritus haesit;
Utque videt placida composta quiescere pace
Cuncta, pedes effert fidens in regna profana;
Perlegitque oculis tacitae penetralia sylvae,
Spectra nec ulla videt nova, nec simulacra tremenda;
Perque vias reperit nulla offendicula circum,
Sed tantum late dumos, vepresque vetustos,
Quos genuit longos ex se natura per annos.

38

Denique non parvum spatium perlustrat ad instar
Amphiteatri, et nulla solum late occupat arbor,
Sed tantum in medio aethereas assurgit in auras
Pyramidem referens excelsam moesta cupressus.
Pergit adire locum, plantae propiusque propinquans
Percipit esse notas varias in stipite sculptas,
Omnino similes illis, quas docta Canopi
Pro scriptis gens exercere sueverat olim.

39

Fra i segni ignoti alcune note ha scorte
Del sermon di Soria, ch' ei ben possiede.
O tu, che dentro a i chiostri de la morte
Osasti por, Guerriero audace, il piede;
Deh, se non sei crudel, quanto sei forte,
Deh non turbar questa secreta sede.
Perdona a l' alme omai di luce prive:
Non dee guerra co' morti aver chi vive.

40

Così dicea quel motto. Egli era intento
De le brevi parole a i sensi occulti.
Fremere intanto udia continuo il vento
Tra le frondi del bosco e tra i virgulti:
E trarne un suon, che flebile concento
Par d' umani sospiri, e di singulti:
E un non so che confuso instilla al core
Di pietà, di spavento, e di dolore.

41

Pur tragge al fin la spada, e con gran forza
Percote l' alta pianta: O meraviglia!
Manda fuor sangue la recisa scorza,
E fa la terra intorno a se vermiglia.
Tutto si raccapriccia, e pur rinforza
Il colpo, e 'l fin vederne ei si consiglia.
Allor quasi di tomba, uscir ne sente
Un indistinto gemito dolente.

42

Che poi distinto in voci: Ahi troppo, disse,
M' hai tu Tancredi, offeso: or tanto basti.
Tu dal corpo, che meco, e per me visse,
Felice albergo già, mi discacciasti:
Perchè il misero tronco, a cui m' affisse
Il mio duro destino anco mi guasti?
Dopo la morte gli avversarj tuoi,
Crudel, ne' lor sepolcri offender vuoi?

39

Nunnullas inter non cognita signa revolvit
De Syrio sermone notas, quem possidet ipse.
O tu, pallentis qui limina mortis adire
Non timuisti, quippe armis acerrimus heros;
Oro, ni truculentus es, aeque ac pectore fortis,
Parce precor, nec turbes haec penetralia mortis;
Parce precor tacitis, et luce carentibus umbris,
Nec debet, qui vivit adhuc, agitare sepultos.

40

Talis erat sententia: sensus ille latentes
In signis sculptis attenta mente legebat.
Interea frondes inter, fruticesque fremebat
Absque mora saltus immani murmure ventus:
Murmur erat mixtum luctu, gemituque dolenti,
Non secus ac miserum suspiria longa trahentum.
Tacta dolore manent pariter, pariterque timore
Pectora, nec possunt res tot discernere sensus.

41

Denique fulmineum vagina ille eripit ensem,
Percutit et plantam praestanti robore celsam.
Horrendum! caeso manat de cortice sanguis,
Ut de corpore, humumque rigat circum imbre cruento:
Horrescit visu vir, verum duplicat ictus;
Perficere est animus, finemque imponere rebus.
Tum gemitus tumulo tamquam lacrymabilis imo
Auditur, vocisque sonus mox fertur ad aures.

42

Crudelis nimium ut quid adhuc tua vulnera, Tangres,
Infernas ingressa feram sedes? Satis irae.
Corporis hanc animam nuper de sede fugasti,
Quod vivens alui, et comitem mihi fata dedere;
Cur quoque truncum, cui fati inclementia fixit
Me e vivis ereptam, non maculare vereris?
Ergo-ne post mortem stricto mucrone sepultos
In tumulis vexare inimicos, barbare, tentas?

43

Clorinda fui: nè sol qui spirto umano
Albergo in questa pianta rozza, e dura:
Ma ciascun altro ancor Franco, o Pagano,
Che lassi i membri a piè de l' alte mura,
Astretto è qui da nuovo incanto, e strano,
Non so s' io dica in corpo, o in sepoltura.
Son di senso animati i rami, e i tronchi:
E micidial sei tu, se legno tronchi.

44

Qual infermo tal or, che in sogno scorge
Drago, o cinta di fiamme alta chimera;
Se ben sospetta, o in parte ancor s' accorge
Che simulacro sia, non forma vera;
Pur desia di fuggir, tanto gli porge
Spavento la sembianza orrida, e fera.
Tal il timido amante appien non crede
A i falsi inganni, e pur ne teme, e cede.

45

E dentro il cor gli è in modo tal conquiso
Da varj affetti, che s' agghiaccia, e trema:
E nel moto potente, ed improvviso
Gli cade il fero: e 'l manco è in lui la tema.
Va fuor di se: presente aver gli è avviso
L' offesa donna sua, che plori, e gema:
Nè può soffrir di rimirar quel sangue,
Nè quei gemiti udir d' egro, che langue.

46

Così quel contra morte audace core
Nulla forma turbò d' alto spavento:
Ma lui, che solo è fievole in amore,
Falsa immago deluse, e van lamento.
Il suo caduto ferro intanto fuore
Portò del bosco impetuoso vento;
Sì che vinto partissi: e in su la strada
Ritrovò poscia, e ripigliò la spada.

43

Namque Clorinda ego : nec rudis me contegit unam
Haec arbor , sedemque suam mihi praebet ademptae ,
Sed quotquot sub moenibus occubuere Sionis ,
Seu Galli sint , seu Mauri , omnes haec , eademque
Fata manent. Hic defixi incantamine miro ,
Nescio sive in corpore sint , an more sepulchri.
Spiritus intus alit truncos , ramisque ministrat
Vitam : hominis occisor tu , si ligna recidas.

44

Non secus ac aeger , cui in somnis visus adesse
Seu coluber dirus , seu flammas alta Chimaera
Ore vomens , licet ex parte esse insomnia noscat,
Atque omni vera simulacra carentia forma ,
Attamen horrescit , gelidusque per ossa recurrit
Ima tremor , quaeritque fuga vitare pericla.
Talis amans timidus licet insidiisque , dolisque
Non credat , cedit tamen anceps actus amore.

45

Corda viri moles curarum tanta fatigat ,
Ut fere torpenti coeat formidine sanguis :
Deficiunt vires , quatiuntur membra timore :
Decidit ensis humi , pene exanimisque videtur ,
Mens abit , atque videre putat jam cuspide caesam
Partem animae e trunco gemitus edentis amaros :
Exhorrent oculi fusum tellure cruorem
Cernere , nec gemitus valet exaudire dolentis.

46

Sic gemitus fictus , sic vana , et inanis imago
Pectora dejecere viri spernentia mortem ;
Quemque metus alti effigies non terruit ulla ,
Devicit Veneris proles ardore furentem.
Interea ferrum ventus fremebundus abegit
Jam procul a luco lapsum tellure pavore.
Victus abit demum , et repetens vestigia retro,
Compertum per iter ferrum tellure resumpsit.

47

Pur non tornò, nè ritentando ardio
Spiar di nuovo le cagioni ascose.
E poichè giunto al sommo duce, unio
Gli spirti alquanto, e l' animo compose;
Incominciò: Signor, nunzio son io
Di non credute, e non credibil' cose.
Ciò, che dicean de lo spettacol fero,
E del suon paventoso, è tutto vero.

48

Maraviglioso foco indi m' apparse,
Senza materia in un istante appreso,
Che sorse, e dilatando un muro farse
Parve, e d' armati mostri esser difeso.
Pur vi passai; che nè l' incendio m' arse;
Nè dal ferro mi fu l' andar conteso.
Vernò in quel punto, ed annottò: fe' il giorno,
E la serenità poscia ritorno.

49

Di più dirò; ch' agli alberi dà vita
Spirito uman, che sente, e che ragiona.
Per prova sollo: io n' ho la voce udita,
Che nel cor flebilmente anco mi suona.
Stilla sangue de' tronchi ogni ferita,
Quasi di molle carne abbian persona.
No no, più non potrei (vinto mi chiamo)
Nè corteccia scorzar, nè sveller ramo.

50

Così dic' egli: e 'l Capitano ondeggia
In gran tempesta di pensieri intanto.
Pensa s' egli medesmo andar là deggia,
(Che tal lo stima) e ritentar l' incanto:
O se pur di materia altra proveggia
Lontana più, ma non difficil tanto.
Ma dal profondo dei pensieri suoi
L' Eremita il rappella, e dice poi:

47

Attamen id sat ei, sibi nec fuit ulla cupido
Occultas iterum rerum cognoscere causas.
Utque Ducis summi ante oculos se se obtulit, omnes
Tantisper revocans animos formidine pulsa,
Maxime Dux, inquit, certe tibi mira reporto,
Mira quibus nec habenda fides, licet omnia vera.
Quae tibi de monstris retulit delecta juventus;
Et quae de sonitu terrae, sunt omnia vera.

48

Dein volvens apparuit ignis ad astra favillas
Et dicto citius sine fomite raptus in auras:
Ipse suas flammas murorum extendere ad instar,
Monstraque visa mihi telis defendere muros.
Transiliens abii, nec euntem me ignis adussit,
Nec ferro vetitum prorsus mihi longius ire.
Noctem hyememque tulit tunc abdita virtus,
Successitque dies nocti, lumenque serenum.

49

Insuper intus alit truncos, fruticesque virentes
Spiritus, et plantae pollent ratione loquaci.
Ipse ego (me docuit namque experientia facti)
Aure sonos cepi, et resonat vox auribus usque.
Sanguinis e caeso liquuntur cortice guttae,
Non secus ac fluerent hominis de carne recisa.
Me fateor victum: nec tanta in pectore virtus,
Ut valeam spoliare comas, seu vellere ramum.

50

Haec dum Tangredus memorat sermone severo,
Undanti Ductor curarum fluctuat aestu:
Mente revolvit utrum sibimet sit adire necessum
Horribilem sedem et causas tentare latentes;
An potius graviori equidem, sed non ita duro
Ligna labore sibi longinquis quaerere terris.
Talia volventi Petrus, cui corda patebant,
Se fert obvius, et dubium sic edocet illum.

51

Lascia il pensiero audace: altri conviene
Che de le piante sue la selva spoglie.
Già già la fatal nave a l' erme arene
La prora accosta, e l' auree vele accoglie.
Già rotte l' ineguissime catene,
L' aspettato Guerrier dal lido scioglie.
Non è lontana omai l' ora prescritta,
Che fia presa Sion, l' oste sconfitta.

52

Parla ei così, fatto di fiamma in volto,
E risuona più ch' uomo in sue parole
E 'l pio Goffredo a pensier' novi è volto:
Che neghittoso già cessar non vuole.
Ma nel Cancro celeste omai raccolto
Apporta arsura inusitata il sole,
Ch' a' suoi disegni, a' suoi guerrier nemica
Insopportabil rendé ogni fatica.

53

Spenta è del cielo ogni benigna lampa,
Signoreggiano in lui crudeli stelle:
Onde piove virtù, ch' informa, e stampa
L' aria d' impression' malìgne, e felle.
Cresce l' ardor nocivo, e sempre avvampa
Più mortalmente in queste parti, e in quelle.
A giorno reo notte più rea succede,
E di peggior di lei dopo lei vede.

54

Non esce il sol giammai, ch' asperso, e cinto
Di sanguigni vapori entro, e d' intorno
Non mostri ne la fronte assai distinto
Mesto presagio d' infelice giorno.
Non parte mai, che 'n rosse macchie tinto
Non minacci egual noja al suo ritorno,
E non inaspri i già sofferti danni
Con certa tema di futuri affanni.

51

Quid struis? Hanc, precor, exue mentem. Caedere plantas,
Et penitus spoliare nemus jam fata dedere
Sorte aliis. Habet hospita jam jam puppis arenas;
Forsitan et modo picta legit sua carbasa victrix;
Forsitan effractis Veneris sobolisque catenis
Infensas oras linquit fortissimus heros.
Illa dies tandem, et lux expectata propinquat,
Qua dabit hoste Sion devicto colla catenis.

52

Haec dicens vultu radiabat lumine puro,
Et vox plusquam hominis tunc in sua verba sonabat.
Sed Dux, cui nullo placet indulgere labori,
Pectore multa nimis dura, atque animosa volutat.
Interea Cancri sidus jam ingressus Apollo
Horriferos aegris infert mortalibus aestus;
Noxius ille suis rebus, lectaeque juventae
Reddit acres, nimiumque graves quoscumque labores.

53

Jupiter, et Venus in coelo, atque alia astra benigna
Vix lucent; Mars et comites dominantur in illo,
Unde pluit virtus informans aethera circum
Flammiferis signis extrema minantibus orbi.
Noxius ardor ubique flagrat, crescitque per horas;
Mortalesque urit saevis ardoribus aestus;
Ardentemque diem sequitur nox pejor, et isti
Succedit nova lux multo ferventior illa.

54

Non surgit Titan unquam de gurgite vasto,
Sanguineis ni pictus in ore vaporibus atris,
Et jaculans circum rubea de nube sagittas,
Portendit lucem infaustam mortalibus aegris;
Non nisi purpureis maculis se mergit in undas
Tinctus, et ad reditum ardores minitatur eosdem;
Damnaque passa furunt certo stimulata timore
Damnorum, lapsis quae proxima fata minantur.

55

Mentr' egli i raggi poi d' alto diffonde,
Quanto d' intorno occhio mortal si gira,
Seccarsi i fiori, o impallidir le fronde,
Assetate languir l' erbé rimira,
E fendersi la terra, e' scemar l' onde,
Ogni cosa del ciel soggetta a l' ira:
E le sterili nubi in aria sparse
In sembianza di fiamme altrui mostrarse.

56

Sembra il ciel ne l'aspetto atra fornace;
Nè cosa appar, che gli occhi almen ristauri:
Ne le spelonche sue Zefiro tace,
E in tutto è fermo il vaneggiar de l' aure;
Solo vi soffia (e par vampa di face)
Vento, che move da l' arene Maure:
Che gravoso e spiacente, e seno e gote
Co' densi fiati ad or ad or percote.

57

Non ha poscia la notte ombre più liete,
Ma del caldo del sol pajono impresse:
E di travi di foco, e di comete,
E d' altri fregi ardenti il velo intesse.
Nè pur, misera terra, a la sua sete
Son da l' avara Luna almen concesse:
Sue rugiadose stille; e l' erbe, e i fiori
Bramano indarno i lor vitali umori.

58

Da le notti inquiete il dolce sonno
Bandito fugge: e i languidi mortali
Lusingando ritrarlo a se non ponno.
Ma pur la sete è il pessimo de' mali:
Però che di Giudea l'iniquo Donno
Con veneni, e con succhi aspri, e mortali
Più de l' inferna Stige, e d' Acheronte,
Torbido fece, e limo ogni fonte.

55

Cum vero medio radios emittit ab axe,
Quo se cumque acies oculorum flectit in orbem,
Et flores arere vides, pallescere frondes,
Ardentesque siti marcescere gramina, et herbas,
Et terras aperire sinus, decrescere fontes;
Cuncta etenim astrorumque, polique subacta furori,
Et steriles, siccasque errare per aera nubes
Aspicis, et flammarum se se ostendere ad instar.

56

Non secus ac fornax ardens exaestuat aer,
Quaecumque aspiciunt oculi, lethumque, laborque.
Protinus in specubus Zephyrus sua flamina fraenat;
Aura silet tacita, et penitus non mota quiescit;
Igne gravis tantum flat ventus missus arenis
Mauris, et flammas facis aequat flamen adustum;
Flatibus ille genas crebris, atque ora molestus
Saepe ferit flans, ardores ardoribus addens.

57

Non habet ipsa umbras nox dulci frigore mixtas,
Sed solis fervoribus esse videntur adustae;
Flammiferaeque trabes passim, stellaeque comatae
Igne rubent, umbrasque notis ardentibus urunt.
Telluri sisienti per te, Delia Virgo,
Facta tenax miseris argentea gutta negatur;
Unde seges. herbae, flores, et gramina sperant
Nequicquam foecundo rore virescere terris.

58

Alma quies animi, somnus dulcisque molestis
Noctibus expulsus fugit indignatus ab aegris,
Sed nec thure rogatus adest ardore manente.
Nullis vero aequanda malis sitis aspera, namque
Isacidum regionis jam dominator iniquus
Succis herbarum atris, lethiferisque venenis
Non Stygis aequandis stagno, aut Acherontis amaro
Et latices, et fontes circum infecerat atrox.

59

E 'l picciol Siloè, che puro e mondo
Offria cortese a i Franchi il suo tesoro;
Or di tepide linfe appena il fondo
Arido copre, e dà scarso ristoro.
Ne il Po, qualor di Maggio è più profondo;
Parria soverchio a i desiderj loro,
Nè 'l Gange, o il Nilo, allor che non s'appaga
De' sette alberghi, e 'l verde Egitto allaga.

60

S' alcun giammai tra frondeggianti rive
Puro vide stagnar liquido argento:
O giù precipitose ir acqee vive
Per Alpe, o 'n pioggia erbosa a passo lento;
Quelle al vago desio forma, e descrive,
E ministra materia al suo tormento:
Che l' immagine lor gelida, e molle
L' asciuga, e scalda, e nel pensier ribolle.

61

Vedi le membra de' guerrier' robuste,
Cui nè cammin per aspra terra preso,
Nè ferrea salma, onde gir sempre onuste;
Nè domò ferro a la lor morte inteso;
Ch' or risolute, e dal calore aduste
Giacciono: a se medesme inutil peso.
E vive ne le vene occulto foco,
Che pascendo le strugge a poco a poco.

62

Langue il corsier già sì feroce, e l' erba,
Che fu suo caro cibo, a schifo prende.
Vacilla il piede infermo; e la superba
Cervice dianzi, or giù dimessa pende.
Memoria di sue palme or più non serba:
Nè più nobil di gloria amor l' accende.
Le vincitrici spoglie, e i ricchi fregi
Par, che quasi vil soma odj, e dispregi.

59

Et Siloe, tenues qui Franchis hactenus undas,
Sed puras dedit, et sitientes imbre levavit,
Nunc prope sicca vada ostendit, tepidasque per aestus
Dat lymphas molli lapsu per saxa fluentes.
Flagrat dira sitis, quam non extingueret undis
Ipse Padus Majas ubi mense crescit eundo,
Seu Ganges, seu Nilus ubi super arva Canopi
Assurgens campos septena per ostia ditat.

60

Si quis aquas stantes herboso margine vidit,
Aut latices labi celeres per saxa sonantes,
Currere seu molli vidit per gramina cursu
Serpentem fontem niveo de pumice lapsum,
Haec animo sitienti effingit imagine viva,
Et sibi vulnus alit tortor, fovitque labores;
Gelidus humor enim forma effigiatus inani
Ardoremque, sitimque auget, fervetque cupido.

61

Cernis humi fractam nimio fervore juventam;
Quosque iter emensos per scrupea saxa, per urbes,
Quosque suetos fortiter aenea pondera ferre,
Et quos arma inter suetos contemnere mortem;
Non ferrum domuit, non ulla pericula vitae,
Viribus effracti torpent sibi inutile pondus:
Coecus anhelantes per venas ignis adurit,
Conficit et sensim imas abdita flamma medullas.

62

Ille ferox quondam sonipes nunc languet, et herbas
Quas avide carpebat ovans, nunc horret anhelans:
Ægra labant genua, et sordet diffusa per armos,
Quae se tollebat, cervix, dum fata manebant.
Non palmas memorat priscas, partosque triumphos,
Sed nec tangit amor laudis, nec gloria rerum;
Exuvias victrices, et quae corpus honestant
Ornamenta, velut sibi inutile pondus abhorret.

63

Immemor hospitii fidus, dominique lycisca
Languet humi stratus, nec dulcia limina curat.
Ille novas auras ardori semper anhelans
Pectoris immittit sperans haurire levamen.
At si respirare dedit natura salubres
Auras, ut nimius minuatur pectoris aestus,
Accipiunt nullum ex auris nunc corda levamen,
Tamque graves etenim sunt aurae, tamque tepentes.

64

Languidus orbis ita aerumnis agebatur amaris,
Et gentes fractae aestu languida membra trahebant.
At pia turba sequens Christi vexilla triumphos
Ex animo delet, postremaque fata veretur.
Murmure non rauco querulas exercitus omnis
Edebat voces, atque haec fundebat in auras:
Gothfredus quid sperat adhuc? heu! quidve moratur
Expectat ne omnes hac ut tumulemur arena?

65

Unde, quibusve armis sperat prosternere portas,
Turrigerasque arces, atque hostica moenia, quaeso?
Unde trabes, molesque datur renovare vetustas?
Forsan ei tantum latet inclementia coeli?
Millia monstra poli nobis testantur aperte
Illius adversam mentem. Æstus lethifer ipse,
Quo magis ardentem haud gentes patiuntur Eoae,
Impellit dare terga fugae, et defendere vitam.

66

Ille igitur putat esse nihil nos vulgus egenum,
Imbellesque animas letho finire labores,
Atque extrema pati consumptos funere acerbo,
Dummodo sceptra sibi possit servare superbus?
Illorum sors ergo, qui dominantur in orbe,
Tamque micans oculis apparet, tamque beata,
Totius ut gentis placeat retinere periclis,
Et siccis oculis communia damna ferantur?

67

Or mira d' uom, ch' ha il titolo di pio,
Providenza pietosa, animo umano:
La salute de' suoi porre in obblio,
Per conservarsi onor dannoso, e vano
E veggendo a noi secchi i fonti, e 'l rio,
Per se l' acque condur fin dal Giordano:
E fra pochi sedendo a mensa lieta
Mescolar l' onde fresche al vin di Creta.

68

Così i Franchi dicean: ma 'l Duce Greco,
Che 'l lor vessillo è di seguir già stanco,
Perchè morir qui!, disse; e perchè meco
Far, che la schiera mia ne venga manco?
Se ne la sua follia Goffredo è cieco,
Siasi in suo danno, e del suo popol Franco:
A noi che noce? e senza tor licenza
Notturna fece, e tacita partenza.

69

Mosse l' esempio assai, come al dì chiaro
Fu noto e d' imitarlo alcun risolve.
Que', che seguir' Clotareo, ed Ademaro,
E gli altri Duci, ch' or son ossa, e polve,
Poi che la fede, ch' a color giuraro,
Ha disciolto colei che tutto solve,
Già trattano di fuga: e già qualcuno
Parte furtivamente a l' aer bruno.

70

Ben sè l' ode Goffredo, e ben se 'l vede:
E i più aspri rimedj avria ben pronti:
Ma gli schiva, ed abborre: e con la fede,
Che faria stare i fiumi, e gir i monti,
Devotamente al Re del mondo chiede,
Che gli apra omai de la sua grazia i fonti:
Giugne le palme, e fiammeggianti in zelo
Gli occhi rivolge, e le parole al cielo:

67

Scilicet insignis pietate, insignis amore,
Cui mens provida rerum, vir celebrandus honore,
Qui spernit commune periclum, animasque suorum,
Ut sibi perpetuo ambitiosum servet honorem?
Quique videns oculis nobis arescere fontes,
Ipse sibi latices puros Jordanis ab amne
Praecipit afferri, atque inter convivia laetus
Miscet aquas vino Cretae stipatus amicis.

68

Per Gallos tali resonabat murmure campus:
At Danaum Dux signa sequi pertaesus eorum,
Ut quid, ait, sub vulcano hic occumbere morti,
Ardentesque siti nostras hic perdere turmas?
Si in sua damna manet Gothfredo immota voluntas,
Ipse sibi sua damna ferat, Gallisque protervis.
Quid refert nostra? Sed nec vale dicere curans
Nocte silente fugam capit, et vexilla reportat.

69

Ut primum lux alma data est, et nota per omnes
Res, exempla sequi effraenata cuique cupido.
Ante omnes Ademarum, Clotareumque secuti,
Quique duces illos, quos jam libitina sepulchro
Miserat; illa etenim quae cuncta resolvit in orbe,
Solverat antiquae fidei data vincla per ipsos.
Jamque parant fugere, et plures sub vespere facto
Diffugiunt furtim, et Christi vexilla relinquunt.

70

Omnia quae fiunt Gothfredo clara patescunt,
Et quamvis adhibere malis medicamina posset
Dura, tamen refugit poenas vir corde benigno,
Munitusque fide, qua flumina sistere posset
Atque movere juga, omnipotentis numina poscit
Stratus humi, ut placeat rebus succurrere lapsis.
Fidens tollit ad astra oculos, palmasque precantes,
Ardentesque preces puro has de pectore fudit.

71

Padre, e Signor, s' al popol tuo piovesti
Già le dolci rugiade entro al deserto;
S' a mortal mano già virtù porgesti
Romper le pietre, e trar del monte aperto
Un vivo fiume; or rinnovella in questi
Gli stessi esempj: e s' ineguale è il merto,
Adempi di tua grazia i lor difetti;
E giovi lor, che tuoi guerrier' sian detti,

72

Tarde non furon già queste preghiere,
Che derivar' da giusto umil desio:
Ma sen volaro al ciel pronte, e leggiere,
Come pennuti augelli innanzi a Dio.
Le accolse il Padre eterno, ed a le schiere
Fedeli sue rivolse il guardo pio:
E di sì gravi lor rischj, e fatiche
Gl' increbbe, e disse con parole amiche:

73

Abbia sin qui sue dure, e perigliose
Avversità sofferto il campo amato:
E contra lui con arme, ed arti ascose
Siasi l' inferno, e siasi il mondo armato.
Or cominci novello ordin di cose,
E gli si volga prospero, e beato:
Piova, e ritorni il suo guerriero invitto,
E venga a gloria sua l' oste d' Egitto.

74

Così dicendo il capo mosse: e gli ampi
Cieli tremaro, e i lumi erranti, e fissi.
E tremò l' aria riverente, e i campi
De l' oceano, e i monti, e i ciechi abissi.
Fiammeggiare a sinistra accesi lampi
Fur visti, e chiaro tuono insieme udissi
Accompagnan le genti il lampo, e 'l tuono
Con allegro di voci, ed alto suono.

71

Summe Pater, Rectorque poli, si rore rigasti
Electas gentes inter deserta ferarum;
Si olim per te facta potens educere fontes
Dextra hominis fuit effracto de silice montis,
Exemplum renova, precor hic sub moenibus altis:
Non equidem par est meritum nos inter et illos,
Sed nostros ex more tuae bonitatis adimple
Defectus, ipsosque tuos olim esse juvabit.

72

Talia vota quidem puro de pectore fusa
Per tenues auras cursu non tarda fuere,
Sed citiora levi volucri per inane volarunt,
Ac metuendi conscendêre Tonantis ad auras.
Audiit omnipotens, oculosque ad moenia torsit,
Lectarumque acierum tot, tantosque labores
Aspiciens oculis, tandem est miseratus earum,
Ambrosiamque flagrans voces has fudit amicas.

73

Sat per amica datum lacrymis, satis atque periclis
Agmina:finem habeant tandem lacrymae, atque labores.
Sat mala, quae terraque, marique hac usque tulerunt
Per fraudesque, dolosque hominum, atque Acherontis ob
Ordo novus rerum jam nunc nascatur in annos, (iram.
Et rebus tandem lapsis vertatur amicus.
Eja ruant undae; fortis redeatque Rinaldus,
Victaque per dextram sint illius arma Canopi.

74

Annuit, et totum, haec dicens, tremefecit olympum;
Contremuere simul vaga sidera, lumina mundi,
Quaeque sub axe manent fixa, et spirabile lumen;
Contremuere freta, et montes, et coeca barathra.
Ad laevam celeri micuerunt nubila flamma,
Et tonitru reboante per aethera personat axis.
Tollitur in coelum clamor, tonitruumque, facesque
Exustae laeto gentes clamore salutant.

75

Ecco subite nubi, e non di terra
Già per virtù del sole in alto ascese;
Ma giù dal ciel, che tutte apre, e disserra
Le porte sue, veloci in giù discese:
Ecco notte improvvisa il giorno serra
Ne l'ombre sue, che d'ogni intorno ha stese,
Segue la pioggia impetuosa, e cresce
Il rio così, che fuor del letto n'esce.

76

Come talor ne la stagione estiva,
Se dal ciel pioggia desiata scende,
Stuol d'anitre loquaci in secca riva
Con rauco mormorar lieto l'attende:
E spiega l'ali al freddo umor, nè schiva
Alcuna di bagnarsi in lui si rende:
E là ve in maggior copia ei si raccoglia,
Si tuffa, e spegne l'assettata voglia:

77

Così gridando la cadente piova,
Che la destra del ciel pietosa versa,
Lieti salutan questi: a ciascun giova
La chioma averne, non che 'l manto, aspersa;
Chi bee ne' vetri, e chi ne gli elmi a prova:
Chi tien la man ne la fresca onda immersa,
Chi se ne spruzza il volto, e chi le tempie,
Chi scaltro a miglior uso i vasi n'empie.

78

Nè pur l'umana gente or si rallegra,
E de' suoi danni a ristorarsi viene;
Ma la terra, che dianzi afflitta, ed egra
Di fessure le membra avea ripiene,
La pioggia in se raccoglie, e si rintegra,
E la comparte a le più interne vene;
E largamente i nutritivi umori
A le piante ministra, a l'erbe, a i fiori.

75

Apparent subito nubes, quas Phoebus in altum
De terris necquicquam sustulit igne corusco,
Sed delapsae in terras ab coelestibus antris,
Unde Dei jussu pulsae venere volantes.
Eripiunt subito nubes coelumque, diemque,
Cunctaque nigrescunt circum subducta tenebris,
Praecipitesque ruunt liquefactis nubibus imbres,
Unde fluit lympha exundanti garrulus amnis.

76

Utque solent anates aestivo tempore saepe,
Si forte optati funduntur ab aethere nimbi;
Dant Sonitum raucae per littora sicca loquacem,
Excipiuntque imbres lato cum murmure charos,
Expanduntque alas venienti e nubibus undae,
Et placet imbre novo madefieri corpus adustum.
Accurrunt, ubi major copia crescit aquarum;
Adnant, et rostro latices rimantur anhelae.

77

Haud aliter turmae labentes aethere nimbos,
Quos superum pater, atque hominum demittit ab alto,
Gaudia gestantes laeto clamore salutant.
Quemque comas juvat, et vestes aspergere lymphis,
Certatimque bibunt pateris, aut casside lymphas;
Ille manus gelidas ardens demergit in undas;
Iste genas lymphis, oculos, et tempora spargit,
Providus alter aquis ad tempus vasa replebat.

78

Nec tantum mortale genus sua gaudia carpit,
Deque malis passis recipit solamina vitae,
Sed quoque terra, sinus quae nuper habebat apertos,
Et confecta siti glomerabat pulvere campos,
Excipit ardenter venientem e nubibus imbrem,
Humentesque suos latices immittit in imas
Venas, unde profundi compinguntur hiatus,
Atque herbae, flores, frutices, plantaeque virescunt.

79

Ed inferma somiglia , a cui vitale
Succo l' interne parti arse rinfresca:
E disgombrando la cagion del male,
A cui le membra sue fur cibo , ed esca ,
La rinfresca , e ristora , e rende quale
Fu ne la sua stagion più verde , e fresca:
Tal ch' obbliando i suoi passati affanni,
Le ghirlande ripiglia , e i lieti panni.

80

Cessa la pioggia al fine , e torna il sole :
Ma dolce spiega , e temperato il raggio ,
Pien di maschio valor , sì come suole
Tra il fin d' Aprile , e'l cominciar di Maggio.
Oh fidanza gentil ! chi Dio ben cole ,
L' aria sgombrar d' ogni mortale oltraggio ;
Cangiare a le stagioni ordine , e stato ,
Vincer la rabbia de le stelle , e 'l fato.

Fine del Canto Decimoterzo.

79

Langueuti similis, cui viscera temperat humor
Usta per ardentem febrim de more saluber;
Ille mali causas aegro de corpore pellens,
Cui sua membra eadem usque huc nutrimenta dedere,
Et renovat vires, et tempora verna juventae
Sub lucem revocat, vetecem redditque salutem.
Hinc oblita malorum, et vestes murice tinctas,
Fulvas implicitura comas et serta resumit.

80

Denique cessat aqua, atque iterum se ostendit Apollo,
Sed radios lenes dulci moderamine spargit,
Haud aliter solet esse Aprili abeunte quotannis,
Sive adeunte statim Majo vernantibus annis.
O quid in omnipotenti non fiducia cogis?
Atra tibi mala sorte datur depellere coelo,
Tuque vales invito invertere tempora fato,
Immotasque suas leges mutare per orbem.

Finis Libri Decimitertii.

CANTO

DECIMOQUARTO

ARGOMENTO.

Che si perdoni al buon Rinaldo priega
Guelfo, come d'Ugon l'ombra l'informa.
Cede a i prieghi Goffredo: e tal si piega,
Che col voler del cielo il suo conforma
Quinci instruiti da Pier, che 'l tutto spiega,
Del guerrier van duo messi a cercar l'orma;
Ed han da un saggio al fin l'arte, ch' affida
Ad ingannar l'ingannatrice Armida.

1

Usciva omai dal molle, e fresco grembo
De la gran madre sua la notte oscura;
Aure lievi portando, e largo nembo
Di sua rugiada preziosa, e pura:
E scotendo del vel l'umido lembo
Ne spargea i fioretti, e la verdura;
E i venticelli dibattendo l'ali
Lusingavano il sonno de' mortali.

2

Ed essi ogni pensier, che 'l dì conduce,
Tuffato aveano in dolce obblio profondo;
Ma vigilando ne l'eterna luce
Sedeva al suo governo il Re del mondo:
E rivolgea dal cielo al Franco duce
Lo sguardo favorevole, e giocondo.
Quinci l'inviava un sogno cheto:
Perchè gli rivelasse alto decreto.

LIBER

DECIMUSQUARTUS.

ARGUMENTUM.

In somnis ediscit mentem Gallicus heros
Numinis aeterni ad campum revocare jubentis
Bertholdi sobolem erroris de tramite longi ;
Hinc parcit votis procerum, revocatque Rinaldum.
Suscipiunt onus Ubaldus, Carolusque vicissim
Per Guelphum missi; sed eos male Petrus euntes
Dirigit, atque magum jubet artis adire magistrum
Unde edocti Armidae fraudes vincere possint.

1

Ex alvo tandem magnae genitricis aprico
Prodibat Dea pallens, volvebatque tenebris
Orbem, sed lenes auras, frigidasque ferebat
Undique diffundens rorem per aperta locorum,
Excutiensque sinum gemmanti rore madentem
Ex illo frutices, herbas, floresque rigabat,
Mollius et Zephiris lenes agitantibus alas
Carpebant dulces mortalia lumina somnos.

2

Cuncta super terras jam dulci animalia somno
Laxarant curas, et corda oblita malorum,
Sed super astra poli radianti luce coruscans
Orbis ad imperium sedet alti Rector olympi,
Et vigilans oculis torquebat lumina amica
Ad Francum somno Rectorem membra levantem.
Atque quiescenti visum demittit ab alto,
Disceret unde heros fatis quae immota manebant.

3

Non lunge a l' auree porte, ond' esce il sole,
E' cristallina porta in oriente,
Che per cos'ume innanzi aprir si suole,
Che si dischiuda l' uscio al dì nascente.
Da questa esco io i sogni, i quai Dio vuole
Mandar per grazia a pura e casta mente,
Da questa or quel, ch' al pio Buglion discende,
L' ali dorate in verso lui distende.

4

Nulla mai vision nel sonno offerse
Altrui sì vaghe immagini, o sì belle,
Come ora questa a lui: la qual gli aperse
I secreti del cielo, e de le stelle.
Onde sì come entro uno speglio, ei scerse
Ciò, che là suso è veramente in elle.
Pareagli esser translato in un sereno
Candido, e d' auree fiamme adorno, e pieno.

5

E mentre ammira in quell' eccelso loco
L' ampiezza, i moti, i lumi, e l' armonia,
Ecco cinto di rai, cinto di foco
Un cavaliero incontra a lui venia.
E in suono, a lato a cui sarebbe roco
Qual più dolce è qua giù, parlar l' udio:
Goffredo, non m' accogli? e non ragione
Al fido amico? or non conosci Ugone?

6

Ed ei gli rispondea: Quel novo aspetto,
Che par d' un Sol mirabilmente adorno,
Da l' antica notizia il mio intelletto
Sviato ha sì, che tardi a lui ritorno.
Gli stendea poi con dolce amico affetto
Tre fiate le braccia al collo intorno:
E tre fiate in van cinta l' immago
Fuggia, qual leve sogno, od aer vago.

3

Non procul a foribus, sol unde emergit, eois,
Vitrea porta micat nitidas orientis ad oras:
Ista solet pandi solito de more priusquam
Vectanti axe diem patefiant limina Phoebo.
Ex hac se se effundunt, quae vult numen amicis
Mittere visa suis ex alto mente benigna;
Ex hac se effundit visum, quod mittitur, atque
Explicat auratas Gothfredi ad limina pennas.

4

Visio nulla quidem tam pulchras tamque venustas
Obtulit in somnis unquam cuicumque figuras,
His similes, quas Gothfredo ista; Latentia coeli
Namque retegit ei, fatorum arcanaque volvit;
Hinc velut in speculo perlegit fata, futuris
Quae immineant rebus, vel quae sit firma voluntas
Numinis aeterni? Traslatus in aethera purum
Esse videtur ei flamma radiante per orbem.

5

Mirantique loci celsis in sedibus illis
Et spatia, et motus, et quae volvuntur in axe
Sidera per gyrum circumdatus ecce repente
Luce coruscanti praestans eques obvius illi
Se se fert, vocisque sono, cui raucus et omnis
Concentus quicumque foret, sic fatur amicum:
Quid, Gothfrede, tuum tardas agnoscere fratrem?
Ugonemque tuum sic excipis ore silenti?

6

Illae haec: o frater, ore coruscans solis ad instar
Haec tua frons ita delevit de mente vetustam
Notitiam, ut detur attonito cognoscere fratrem
Vix mihi; sic ait, atque animis nova gaudia gestans
Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Terque sub amplexus tamquam simulacra quietis
In tenues auras subito fugiebat imago,
Fallebatque animos spes expectantis amici.

7

Son idea quegli: e non già, come credi,
Dicea, son cinto di terrena veste.
Semplice forma, e nudo spirto vedi:
Qui cittadin de la città celeste.
Questo è tempio di Dio, qui son le sedi
De' suoi guerrieri, e tu avrai loco in queste.
Quando ciò fia? rispose, il mortal laccio
Sciolgasi omai, s' al restar qui m' è impaccio.

8

Ben, replicogli Ugon, tosto raccolto
Ne la gloria sarai de' trionfanti:
Pur militando converrà che molto
Sangue, e sudor la giù tu versi avanti.
Da te prima a i Pagani esser ritolto
Deve l' imperio de' paesi santi:
E stabilirsi in lor cristiana reggia,
In cui regnare il tuo fratel poi deggia.

9

Ma perchè più lo tuo desir s' avvive
Ne l' amor di quassù più fiso or mira
Questi lucidi alberghi, e queste vive
Fiamme, che mente eterna informa, e gira;
E 'n angeliche tempre odi le dive
Sirene, e 'l suon di lor celeste lira.
China, poi disse, e gli additò la terra,
Gli occhi a ciò, che quel globo ultimo serra.

10

Quanto è vil la cagion ch' a la virtude
Umana è colà giù premio, e contrasto!
In che picciolo cerchio, e fra che nude
Solitudini è stretto il vostro fasto!
Lei, come isola, il mare intorno chiude:
E lui, ch' or ocean chiamate, or vasto,
Nulla eguale a tai nomi ha in se di magno;
Ma è bassa palude, e breve stagno.

7

Subridens Ugo dicebat : Nonne putabas
Iam dudum me corruptibile corpus habere ?
Spiritus est , et forma fugax, quam conspicis ante,
Hic inter superos incedens incola coeli.
Templa Tonantis adis ; sedesque thronique parantur
Pro Christo hic pereuntibus: hic tibi Regia sedes.
Ille ardens ; quando haec fient ? heu solve catenas,
Et moriamur , ait , si fas hic morte manere.

8

Ast contra Ugo : brevi complebitur alma cupido ,
Teque triumphantem excipiet domus inclyta coeli ;
Sed tibi fas prius est duros perferre labores ,
Armaque gestando sudore , et sanguine terras
Ante rigare. Tibi fas est evertere regna
Isacidum , ac Solymas regnis adjungere Christi.
Victor in arce Sion fas est vexilla remittas ,
Et moderanda tuum per fratrem sceptra relinquas ,

9

Quoque magis tua pectora succendantur amore
Hujus coelestis patriae , precor aspice sursum
Has nitidas sedes , et quae volvuntur in orbes
Sidera vastos per mentes agitata supernas.
Aure melos carpe aethereum , sonitumque lyrarum ,
Unde docent resonare Deum modulamine olimpum
Syrenes Divae , Terrae orbem cerne deorsum,
Quidque parum spatii toto tenet orbis in orbe.

10

Aspice quam vilis vestrorum est causa laborum ,
Et cur armatis scelerata ad praelia dextras !
Quam brevis est gyrus , quo vestra superbia fastu
Se se inter siccae déserta extollit arenae !
Cincta mari tellus , velut assolet insula ponto ,
Oceanusque ingens , vastus cognomine dictus
Nil habet ingentis , nisi tantum nomina vana.
Parva palus, stagnumque breve est globus ille deorsum.

11

Così l' un disse : e l' altro in giuso i lumi
Volse, e quasi sdegnando ne sorrise :
Che vide un punto sol mar, terra, e fiumi,
Che qui pajon distinti in tante guise :
Ed ammirò, che pur a l' ombre, ai fumi
La nostra folle umanità s' affise,
Servo imperio cercando, e muta fama :
Nè miri il Ciel, ch' a se n' invita, e chiama.

12

Onde rispose; Poi ch' a Dio non piace
Dal mio carcer terreno anco disciorme :
Prego che del cammin, ch' è men fallace
Fra gli errori del mondo, or tu m' informe.
E', replicogli Ugon, la via verace
Questa, che tieni : indi non torcer l' orme.
Sol che richiami dal lontano esiglio
Il figliuol di Bertoldo, io ti consiglio.

13

Perchè, se l' alta provvidenza elesse
Te de l' impresa sommo Capitano;
Destinò insieme, ch' egli esser dovesse
De' tuoi consigli esecutor sovrano.
A te le prime parti, a lui concesse
Son le seconde; tu sei capo, ei mano
Di questo campo, e sostener sua vece
Altri non puote, e farlo a te non lece.

14

A lui sol di troncar non fia disdetto
Il bosco, ch' ha gl' incanti in sua difesa :
E da lui il Campo tuo, che per difetto
Di gente inabil sembra a tanta impresa,
E par, che sia di ritirarsi astretto,
Prenderà maggior forza a nuova impresa.
E i rinforzati muri, e d' Oriente
Supererà l' esercito possente.

11

Haec ubi dicta dedit, Gothfredus lumina torsit
Ad terram, et quasi dedignatus eum, edidit ore
Risum, prospiciens terras, mare, flumina, montes
Cuncta simul punctum visu collecta sub unum,
Quae apparent nobis hic dissita tramite longo.
Obstupuit mortales fumum quaerere et umbras,
Regna sibi famulanda, et nomen inane parantes,
Quin subeant animis coelorum Regna beata.

12

Tum vero contra: quoniam dissolvere vincla
Corporis hujus adhuc superis, et linquere terras
Non placitum, doceas fac, quae sit semita recta
Illecebras inter mundi, et vitare ruinas.
Quam teris (ille refert) est semita tutior omni;
Inde pedem moneo ne flectas; Id tamen unum
Exilio revoces jubeo, excipiasque benigne
Insignem armis Bertholdi de sanguine natum.

13

Namque Dei si mens, quae res moderatur ab aevo,
Summa tibi dedit imperia, et fastigia rerum,
Sic voluit pariter res perficiantur ab illo,
Ante alios cui sorte datum mandata replere.
Munera prima tibi, sunt altera tradita sponte
Illi: Tu Dux, et caput; ille est dextera campi:
Regem non alium, quam te decet esse supremum,
Non alium Regis, quam illum decet esse ministrum.

14

Ille potest unus nemoris succidere plantas,
Quas sibi defensas tenet artibus orcus iniquis:
Ille novas vires, animosque adjunget ademptis
Per varios casus, per tot discrimina turmis,
Ille dabit finem coeptis, quae dempta caterva
Jam jam dissolvenda nequit complere per oras,
Ille Sion altas evellet funditus arces,
Eoasque sua gentes virtute domabit.

15

Tacque ; e 'l Buglion rispose : Oh quanto grato
Fora a me , che tornasse il cavaliero !
Voi , che vedete ogni pensier celato ,
Sapete s' amo lui , se dico il vero.
Ma dì , con quai proposte , od in qual lato
Si deve a lui mandarne il Messaggiero ?
Vuoi ch' io preghi , o comandi ? E come questo
Atto sarà legittimo ed onesto ?

16

Allor ripigliò l' altro , il rege eterno
Che te di tante somme grazie onora ,
Vuol che da quegli , onde ti diè il governo ,
